



Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quinto Decretalium. In Quo De Judicio, Seu Ordine Judiciario criminali, nec non de criminibus Ecclesiasticis, & secularibus ... agitur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1677

Titulus. XX. De Crimine falsi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98302](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98302)

onera imponebant usuras repetentibus, & alijs diversis coloribus, & fraudibus repetitionem eandem impediabant: Ideo Papa Clemens V. in Concilio Viennensi statuit, ut si Potestates, Capitanei, Rectores, Consules, Judices Communitatum, aut Consiliarii, vel alij quivis Officiales hujusmodi statuta de cetero facere, scribere, vel dictare, aut ut solvantur usurae, vel ut solvantur, cum repetuntur, non plenè, ac liberè restituantur, scilicet enter judicare praesumpserint, sententiam excommunicationis incurrant (incontinenti, & sine temporis intervallo, id est, ipso jure, & sine alia sententia, *Gl. hic V. Incurrant.*) quam sententiam excommunicationis etiam incurrunt, si statuta hujusmodi haecenus edita, de libris ipsarum Communitatum non deleverint intra tres menses (modo super hoc potestatem habuerint) aut si ipsa statuta, vel consuetudines effectum eorum (scilicet statutorum) habentes observare praesumpserint.

CLXXI. Porro hanc poenam excommunicationis non incurrunt Principes, aut Communitates, qui lege, vel statuto decernunt, ne Judaei, vel alij usurarii certas usuras exigant, nimirum magnas, quia aliud est statuere, ne magnae usurae exigantur; aliud verò statuere, ut exigantur, *Gl. ibid. V. Facere. Azor. p. 3. l. 5. c. 18. In quarta poena.* Item nec incurrunt hanc poenam Communitates, vel Principes, qui solum permittunt usurarios exercere usuras, eos non puniendo, *Azor. c. l.* Sed neque peccant Imperatores, vel alij Principes, nec in poenam hujus Clementinae incurrunt, si auctoritate sua faciant, aut cogant, ut usurae Judaeis promissae a subditis debitoribus solvantur, quia licet id prohibitum sit in cit. Clementina: potuit tamen hoc statutum, quippe solo Jure positivo Canonico editum, per contrariam consuetudinem abrogari, quia licet exigere usuras, tanquam debitas, ex vi mutui, sit contra Jus naturale, ac Divinum: non tamen est contra Jus naturale facere, seu

cogere, ut solvantur usurae promissae, *Azor. c. l. in fine, & dictum supra.* Similiter scribens, vel dictans praecise sententiam, in qua praecipitur, ut usurae solvantur, vel solutae non repetantur, non incidit in istam excommunicationem, quae lata est in scribentes, aut dictantes statuta hujusmodi, ideo extendi non debet, etiam ob paritatem rationis, ad scribentes, aut dictantes talem sententiam, si ipsi non judicaverint, *Suar. dis. 23. de censur. sec. 5. n. 28. & alij apud Barbosa. in cit. Clementina un. n. 3. h. t.*

CLXXII. Postremò duo adhuc sunt addenda, & observanda. Primum est, quod usurarii, praeter praedictas poenas jure statutas, etiam alijs poenis arbitrarijs, & extraordinarijs puniri possunt à Judice, tam Ecclesiastico, quam saeculari, praesertim verò pecuniaria, ut in eo, in quo peccaverint, mulctentur, *Tholos. l. 3. de usura, c. ult. n. 4. & 7.* sic juxta Constitutiones Imperij amissione quartae partis sortis mulctantur usurarii, *Gail. l. 2. obs. 4. n. 1.* vel etiam publicatione bonorum, *Tholos. c. l. n. 8.*

Alterum est, si mutuo, vel alteri contractui per se licito, & jure non reprobato adjectum sit pactum usurarium, non totus contractus vitatur, sed solum pactum, & non pro eo habetur, quia utile per inutile vitari non debet, maxime si utile ab inutili separari possit, *Reg. 37. in 6. & ibi Dynus.* pacta enim sunt velut accidentia, quae possunt abesse, sine corruptione substantiae, cui adherent, *Gail. cit. c. 4. n. 6. & seqq. Tholos. c. l. §. 12. & seqq.* & paria sunt pactum non adjici, vel inutiliter adjici, *l. Quoties 6. ff. Qui satisd. cog.* nisi tamen ipse contractus principalis esset illicitus, & jure reprobatus, nam tunc ille, & omnia pacta ei adjecta essent nulla, & inutilia, quia corrumpente principali, tanquam fundamento, necesse est quoque omnia accessoria corrumpere, *l. Cum principalis 178. ff. de R. l. & c. Accessorium 42. eod. in 6.*

Gail. c. l. n. 10. & obs. 5. n. 14.

Tholos. c. l.

TITULVS XX.

DE CRIMINE FALSI.

Postquam actum est in superioribus de delictis contra praecipuum septimum Decalogi: nunc ordo requirit, ut agatur de crimine falsi, quod prohibetur octavo praecipio Decalogi: quamvis etiam connecti possit hic titulus cum immediatè praecedente de usuris, quia usurarii plerumque falsitate utuntur ad extorquendum illicitas usuras. Extat hic Titulus etiam in Extravagantibus Joannis XXII. & Extravagantibus Communibus.

§. I.

De crimine falsi in genere.

I.

Quæritur primò, quid sit falsum, & quot modis committatur? Resp. Falsum, & falsitas in genere nihil est aliud, quam veritatis imitatio, vel potius immutatio, *Authentic. de Instrum. cautela, collat. 6. novel. 73. in princ. & ibi Gl.*

V. Imitatio, junct. Gl. marg. lit. C. Ad crimen autem falsi tria requiruntur: primò, ut pervertatur veritas. Secundò, ut id dolo malo fiat, sive animo corrumpebat veritatis, in alterius fraudem, nam hoc crimen sine dolo malo non committitur, *l. Nec ad exemplum 20. C. ad Leg. Cornel. de fals. Hostiens. in Summa, n. 1. h. t.* Tertiò, ut falsitas fiat cum notabili damno alterius, ita ut alteri noceat, vel nocere possit, alioquin uno horum deficiente, non est punibilis, *Mascard. de probat. concl. 739. n. 12. Molin. tr. 2. de justis.*

Q

Tomus V.

justit. diff. 70. n. 3. & alij communiter. Committitur autem falsitas principaliter quatuor modis: Primò dicto, seu verbo, ut si testis falsum deponat in iudicio, vel Iudex iniquam sententiam ferat. Secundò scripto, seu scripturâ, ut si quis falsas litteras, seu instrumenta conficiat. Tertiò re, seu facto, ut si quis nummos adulterinos cadat, vel falsas mensuras, aut pondera faciat. Quartò usu, vel potius abusu, ut si quis utatur falsis probationibus, Masc. de prob. cit. concl. n. ult. Farinac. in praxi crimin. p. 6. libr. 5. tit. 16. de falsitate, q. 150. n. 6.

Porro crimen falsi est crimen publicum, ita ut quilibet de populo possit de illo accusare, etiam si sui nihil inter sit, §. Item Lex Cornelia de falsis, Instit. de publ. iudic. Molin. c. l. n. 2. Clarus §. Falsum, n. 1. & est crimen exceptum, & in generali remissione, ac dispositione non comprehenditur, Menoch. de arbitr. iud. casu 306. n. 11. Farinac. c. l. n. 14.

II. Queritur secundò, quæ sit pœna falsi? Resp. Jure Civili pœna falsi olim in personis liberis erat deportatio, cum publicatione omnium bonorum: in servis verò ultimum supplicium, §. Item Lex Cornelia de falsis Instit. de public. iudic. l. 1. §. fin. ff. ad Leg. Cornel. de fals. Sed quia pœna deportationis hodie non est in usu, & pœna publicationis bonorum correctæ est per Authent. Bona damnatorum, C. de bonis proscript. ideo hodie pœna falsi est arbitraria, & sic quandoque major, quandoque minor, juxta diversitatem casuum, ut tradit Gl. fin. in cit. l. 1. §. fin. ita ut quandoque pœna pecuniaria, quandoque corporalis, quandoque etiam capitalis, sive mortis imponi possit, si falsitas sit magna, vel sæpius iterata, l. Ubi falsi 22. in fine, ibi: Supplicio capitali, si id exigat magnitudo commissi, C. ad Leg. Cornel. de fals. Bern. Diaz in pract. crim. Can. c. 20. n. 1. Farinac. c. l. n. 24. Quæ verò sint pœnæ criminis falsi de Jure Canonico, infra dicetur.

Porro crimen falsi committens in iudicio, causam perdit, sive sit falsitas commissa in electione Prælati, vel causa beneficii, sive in causa merè civili, sive in causa contra fiscum, sive in causa contra privatum, Clarus §. Falsus, n. 32. Farinac. cit. q. 150. n. 25. & seqq. quod tamen aliqui limitant, ut solum procedat, si falsitas commissa sit circa acta ipsius causæ: secus si commissa sit circa testes, aut instrumenta extra acta, Clarus c. l. Farinac. c. l. n. 37. Illud hinc addendum, quod in crimine falsi potest agi dupliciter, vel criminaliter ad pœnam legalem, vel civiliter ad compensationem damni, & interesse, l. de fide 16. & ibi Gl. V. Duplex via, C. Ad Leg. Cornel. de falsis, & l. Damus 23. & ibi Gl. in casu C. Eodem. Farinac. c. l. n. 50.

§. II.

De Crimine falsi, quod committitur circa testes.

III. Queritur primò, quomodo crimen falsi committatur circa testes? Resp. In primis testis, qui falsum testimonium, sciens, & dolo malo, in iudicio dedit, crimen falsi committit, lul. Clarus l. 5. sentent. §. Falsum, n. 5. & alij DD. communiter. Et sumitur ex l. 1. & l. Eos qui 27. in princ. & ibi Gl. V. Diversa, id est, falsa, & varia, ff. de Lege Cornel. de fals. l. Qui

falso 16. ff. de testib. & l. Nullum 14. C. de autem hoc crimen falsi testimonij deditur etiam ex c. Falsidicus 1. h. t. ubi dicitur: Falsis tribus personis, est obnoxius, id est, tunc: primò DEO, cujus præsentiam coram deinde Iudici, quem mentiendo fallit: potest innocenti, quem falso testimonio lædit. Ex patet, quod quis eodem delicto possit plures nas lædere, ita ut omnibus teneatur elationem, Abb. hic. n. 2. Non solum autem falsus testis falsus, & reus criminis falsi, qui mendaciter, sive falsum deponit: sed etiam qui verum occultat, sive verum tacendo suppressit, quod nocere desiderat, posterior verò prodelle potest prout additur in cit. c. 1. in fine.

IV. Ubi notandum primò, quod testis, quando veritatem, est falsarius, & teneatur dicere, se nihil scire, vel quando juravit de veritate, & meram veritatem, & illam tacere, & illam tacere, sit. Secus est, si juravit solum simpliciter, & interrogatus respondit, tunc enim, si non immerito, taceat veritatem, non teneatur de falso, & dilecti 18. de accusat. quia satis est, quod respondit ad interrogata, Abb. in cit. c. 1. n. 3. h. t. & in praxi crim. p. 2. tr. de testib. q. 67. n. 30. ubi id limitat, dummodo dolose, & scienter veritatem, secus si sine dolo.

Notandum præterea, crimen falsi committit qui subornat testem, sive donis, aut pecunia, ut dicendum falsum testimonium, vel ut producat in iudicio falsum testem, vel ut falsi testis, Clarus c. l. n. 2. & 4. Item testis, qui depositione dicit se non recordari de eo, de quo recordatur, vel saltem potest, ac debet veritatem recordari, teneatur de falso. Secus est, si proinde non recordetur, quia probabilis oblitio testimonio excusat, Farin. c. l. n. 24. Similiter testis, qui nit obscure, versutè, vel per malitiam, eo, quod depositio producenti non prodest, teneatur de falsis, c. l. n. 22. 5. apud quem plura de hoc videntur.

V. Queritur secundò, quæ sit pœna falsi sum deponentis in iudicio? Resp. Jure Civili pœna statuta est in testes falsos, qui in iudicio falsarios, de qua §. præcedente. At verò de Jure Canonico, si Episcopus, Presbyter, aut Diaconus capitale crimen commiserit, aut chartam falsam (sive falsas litteras scripserit) aut falsum testimonium dixerit, ab Officij honore in perpetuum deponi, & in Monasterium detrudi debet, unde dam penitentiam, & ibi quamdiu vixerit, tantum Communionem accipiat, ex Decretis Concilij Agathensis c. 50. quod refertur in cap. scopus 7. dist. 50. quæ pœna locum habet, in civilibus, sive in criminali causa, Clericus dicant testimonium, Bern. Diaz in pract. crim. Can. ubi tamen addit, gravius esse puniendum Clericum, qui in causa criminali falsum testimonium dedit, quam qui in civili.

VI. Limitatur autem primò, quod testis ordinarius falsi solum habet locum, & de hoc crimine directè sit accusatus, & convictus, in jure confessus: secus verò, si incidenter falsum eo confiter, ut quia contra Clericum proditor

testem opposita fuit exceptio falsitatis, & probata, quia tunc non debet deponi, nec etiam propter hoc infamari, sed tantum repelli à testimonio, *Diaz. c. l. Limitatur* secundo, quando falsitas non est commissæ circa substantialia causæ, sed solum circa accidentalia, & extrinseca, tunc enim pœna ordinaria locum non habet, sed solum extraordinariè, ad arbitrium Judicis puniendus est, *Clarus cit. §. Falsum. n. 9. Salzedo c. l. in addit. lit. A. V. Detrudatur. §. Secundum excusabitur.* Tertiò quando falsitas non est nociva, sive nemini præjudicat, tunc enim non pœnâ ordinariâ puniri potest falsarius, sed solum extraordinariâ, arbitrio Judicis, *Menoch. de arbitr. Judic. casu 306. n. 22. Clarus cit. §. Falsum. n. 35. Salzedo c. l. in addit.* Quartò quando falsitas est commissæ per errorem, vel ignorantiam, absque dolo, sine quo hoc crimen non committitur, *Clarus c. l. n. 33. Salzedo c. l. in addit.* Quintò pœna hæc ordinariâ falsi imponenda est, quando judicio ordinario, & per accusacionem proceditur: secus si per inquisitionem, quia tunc pœnâ extraordinariâ, ad arbitrium Judicis, plectuntur falsarii, *c. Inquisitionis. 21. de accusat. Menoch. de arbitr. Judic. casu 313. n. 1. Salzedo c. l. in addit.* Adhuc aliqui sexto, non esse locum pœnæ ordinariæ, quando Clericus falsum testimonium dixit, non interposito juramento. Sed contrarium verius videtur: nempe posse eum puniri pœnâ falsi, perinde ac si jurasset, cum etiam non juravit, sit tamen depositio falsa, *Clarus c. l. n. 11. Salzedo c. l. in addit.* & alii communiter.

VII. Porro Clericus, qui dixit falsum testimonium coram JUDGE seculari, non potest ab eo puniri, nec corporaliter, nec multâ pecuniariâ, nec principaliter, nec incidenter, ob defectum omnis jurisdictionis in illum, *arg. c. 2. de foro compet. Covarr. præl. 97. c. 18. n. 8. Clarus §. fin. q. 38. n. 14. Salzedo cit. c. 97. in addit. lit. C. V. Non potest puniri: qui tamen addunt, quòd JUDex Laicus bene potest in causa civili cognoscere de falsitate, quam Clericus coram eo commisit, non quidem ad effectum puniendi Clericum, sed ad expediendam causam, quæ coram ipso convertitur. Contrà verò, si Laicus falsum testimonium protulit coram JUDGE Ecclesiastico, poterit ab utroque JUDGE, Ecclesiastico, & seculari puniri, & erit inter illos locus præventioni, *Clarus c. l. n. 15. Covarr. c. l. Salzedo c. l. in addit.**

VIII. Utrum autem etiam pœnâ falsi sit plectendus, qui testimonii dicendi causâ contra aliquem, pecuniam accepit, etiam verum deposuit, dubitatur? Affirmat communior sententia *DD. Mynsing. centur. 6. obs. 67. & alii apud Harprecht in §. Item lex Cornelia de falsis Instit. de public. Indic. n. 15. & habetur in l. 1. §. Sed etsi quis. ff. Ad leg. Cornel. de falsi* quia venale testimonium non est testimonium veritatis, *c. Nolite. 86. caus. 11. q. 3. c. ult. caus. 14. q. 5.* Contrarium tamen tenet *Menoch. de arbitr. Judic. casu 310. n. 6.* quia talis non immutat veritatem, sed eam potius confirmat, idcircoque non pœnâ ordinariâ falsi, sed extraordinariâ, arbitrio Judicis, coerceri debet. Videri possunt, quæ de hoc dicta sunt *lib. 2. Decret. tit. 20. n. 13.* Non tamen pœnâ falsi ordinariâ afficiendus est, qui quod affirmavit, extra judicium, postea in judicio contrarium est testatus, quia nullâ lege id statutum reperitur, sicut prius, sed mitius, & ex

Tomus V.

traordinariè plectendus est, *Menoch. casu 312. n. 2. Clarus §. Falsum. n. 5.* Ubi addit, aliud esse, si quis deponat in judicio contrarium ejus, quod in alio judicio, vel etiam in eodem prius testatus fuerat, talis enim puniri debet tanquam falsarius.

Prædictis addendum, quòd etiam JUDex verbo, seu dicto crimen falsi committat, & ut falsarius puniatur, si pecuniâ corruptus, vel aliâs dolo malo contra leges, & Constitutiones sententiam tulit, *l. 1. §. Sed etsi JUDex. ff. de lege Cornel. de falsi. Harprecht c. l. n. 9.* Item Advocatus, qui parti adversæ causam prodat, ut falsarius puniendus est, *l. 1. §. 1. ff. eod.*

§. III.

Quibus modis falsentur Rescripta, seu Litteræ Sedis Apostolicæ?

IX. De his agit in *c. Licet. §. h. t.* Ubi ab Innocentio III. recensentur novem modi, ex quibus cognosci potest falsitas in Litteris Apostolicis. Primus est, ut falsa Bulla, seu falsum sigillum falsis Litteris apponatur. Secundus, ut filum ex vera Bulla extrahatur ex toto, & per aliud filum immisum falsis Litteris inferatur, scilicet vera Bulla. Tertius, ut filum ab ea parte, in qua charta plicatur, incisum, cum vera Bulla, falsis Litteris immittatur, sub eadem plicatura, cum filo similis canabis, restauratum. Quartus, cum à superiore parte Bullæ, altera pars fili sub plumbo rescinditur, & per idem filum Litteris falsis inserta, reducitur infra plumbum. Quintus, cum Litteris (scilicet veris) bullatis, & redditis (per eos, qui sunt ad officium deputati) in eis aliquid per rasuram tenuem immutatur (quia rasa scriptura falsa præsumitur, & tanquam falsa rejicitur, *Maf. de probat. concl. 1254. in princ.*) Sextus, cum scriptura Litterarum, quibus fuerat apposita vera Bulla, cum aqua, & vino abolita, seu deleta, eadem charta, cum calce & aliis, juxta consuetum artificium dealbata, iterum inscribitur. Septimus, cum charta, cui fuerat apposita vera Bulla, abolita, vel abrasa, alia subtilissima charta ejusdem quantitatis scripta tenacissimè conglutinatur. Octavus, qui scienter Litteras de manu Papæ, vel Bullatoris ejus, non recipiunt, contra Constitutionem Apostolicam (in *c. Dura. 4. h. t.*) Nam illi etiam à crimine falsitatis non reputantur immunes, ut habetur in *cit. c. Licet. §. Eos etiam.* Nonus, qui accedentes ad Bullam falsas Litteras caute projiciunt sub vera Bulla, ut cum aliis sigillantur. Sed hæc duæ species falsitatis non possunt facile deprehendi, nisi vel ex modo dictaminis, seu stylo dictandis, vel ex forma scripturæ, vel qualitate chartæ falsitas cognoscatur, *cit. c. Licet. §. Illos quoque.* In cæteris autem falsitas facilis poterit cognosci, ut in adjunctione filorum, vel collatione Bullæ, vel motione, vel obtusione: præterim si Bulla non sit equalis, sed alicubi magis tumida, & alibi magis depressa, *cit. c. Licet. §. fin. Explicatio* hujus c. videri potest apud *Hosiens. hic & Joann. Andr.*

Hinc colligitur primò, multos modos esse conferendi scripturam cum scriptura, dum non solum

fit comparatio litteræ cum littera, sed etiam chartæ, & dictaminis, quia Curiales habent certum modum dictandi non ita facile ab aliis imitabilem: item in forma scripturæ, & qualitate chartæ.

Colligitur secundò, suspicio falsitatis oritur contra Bullam, aut sigillum, quando signum per omnia non est simile vero sigillo, *Abb. hic not. 1. & 2.*

X. Porro modus octavus falsandi Litteras Apostolicas habetur clarius expressus in *c. Dura. 4. h. 1. junct. Gl. in casu*. Nam quia Clerici, & alii recipiebant Litteras in Curia Romana à quibuscunque, ob quod falsitatis periculum imminerebat, ideo statuit Innocentius III. & sub pœna excommunicationis, ac suspensionis ab Ordine, & beneficio, districtè inhibuit, ne quis apud Sedem Apostolicam existens, Litteras Papæ (etiam veras, sive verà Bullâ sigillatas, *Hofiens. hic V. Nosstras*) recipiat, nisi de manibus ipsius Papæ, vel illorum, qui ad hoc officium, de mandato, & sunt deputati. Si verò persona tantæ auctoritatis fuerit (v. g. Episcopus, vel alius magnus Prælatus) ut ipsum deceat per nuntium (speciale ad hoc mandatum habentem, *Gl. hic V. eod.*) Litteras recipere: ad Cellarium, vel ad ipsum Papam mittat nuntium idoneum (non hæreticum aut excommunicatum, qui rescriptum à Papa impetrare non potest, *l. 2. C. de sum. Trin. c. Post cessionem. 7. de probat. nisi Princeps ex certa scientia tales Litteras concedat, juxta l. Univeris. 6. C. de precib. Imper. offerend. Hofiens. hic V. Idoneum*) per quem Litteras Apostolicas, juxta formam, seu modum prædictum, recipiat. Si quis autem hujus mandati transgressor extiterit (scienter, & malitiosè, *Hofiens. hic V. Transgressor*) si laicus fuerit, excommunicationi subiaceat: si Clericus, ab officio, & beneficio suspendatur.

XI. Notandum primò, qui recipiunt Litteras ab alio, quàm à Papa, vel Officialibus ejus, non existentes apud Sedem Apostolicam, non incurrunt pœnam hic præscriptam: Sedes autem Apostolica dicitur esse, ubi est Papa, & Curia ejus, sive sit Roma, sive alibi, *Hofiens. hic V. apud Sedem, & Abb. n. 2.* Si verò in Curia existat, & Litteras recipiat ab alio, pœnam hanc incurrit, sive impetret pro se, sive pro alio, *Abb. hic num. 7.* quia olim sæpe falsabantur Litteræ Apostolicæ in Curia.

Notandum secundò, Excommunicatio, quæ hic infligitur in recipientes Litteras ab alio, quàm à Papa, vel ejus Officialibus, ipso jure, seu facto incurritur: suspensio verò per sententiam ferendam à Judice, *Hofiens. hic V. Subjaceat, & V. Suspensione damnetur, Abb. n. 8.* quamvis *Gl. & DD.* variant. Porro *Hofiens.* hic putat, Clericum transgredientem hunc Canonem esse non solùm suspensum, sed etiam excommunicatum, sicut est laicus, quia gravius peccat: *Abb. tamen hic n. 10.* probabilius ait, esse tantùm suspendendum, quia in pœnis mitior interpretatio facienda est, nec debet quis duplici pœnâ coerceri, nisi id exprimitur.

Notandum tertio, hodie hæc Constitutio non servatur, nec ejus pœna ligat, quia quilibet in Curia existens, etiam parvæ auctoritatis, mittit ad Bullatorem, & Litteras Apostolicas recipit, Papâ id sciente, & tolerante, *Silvest. in summ. V. Excommunicatio. 7.*

n. 8. in fine, & DD. communiter apud Dilect. l. 1. hic n. 2.

XII. Præterea in *c. Dura. 4. h. 1.* statuitur, ut Prælati Ecclesiarum generalis excommunicationis sententiam promulgant per singulas Parochias faciant frequentius promulgari: quòd si quis falsas Litteras se habere cognoscit: (ignorans ergo non ligatur, nisi sciret crassa ignorantia, *Hofiens. hic V. Cognoscit*) infra XX. dies (in quibus deliberet super Litteris, *Gl. hic V. dies & Hofiens.*) Litteras illas destruatur, aut resignet, (coram Judice, si coram fuerint exhibitæ, vel alias coram tali, qui prodesse, & non obesse, arg. *c. Hoc videtur. 2. 2. q. 5. Gl. hic V. Resignet & Hofiens.*) si ipsam illam excommunicationis voluerit evadere, nullus relaxare præsumat, sine speciali mandato Papæ, nisi in mortis articulo: & si ablatum contra hoc præsumpta fuerit, nullam habeat ratem.

XIII. Ubi notandum primò, hæc excommunicationem incurrunt, qui falsas Litteras Apostolicas, de quibus in hoc c. est sermo, cognoscunt, easque infra XX. dies non destruunt, vel resignant, etiam si ipsi falsarii non fuerint, sed si ipsi usi fuerint, vel animo utendi penes se teneant, quia retentio eorum, vel conservatio prohibetur. Et quamvis illa excommunicatio sit lata per Jus, sed ferenda per Prælatos, tamen postquam lata est, ejus abolitio servata est S. Pontifici, *Suar. dis. 2. l. de excom. num. 49.*

Notandum secundò is, qui excommunicationem tulit, sive promulgavit, ut in hoc c. est, non potest ab ea abolere, quia Papa ipse habuit, quando enim Papa aliquid specialiter voluit, aliis hoc ipso denegat facultatem derogandi quippiam de illo, *Gl. in c. Dura. in not. & in p. c. Quam gravi. 6. h. 1.* Nam ut habetur in *Gl. & integra l. 1. c. Dura.* quidam Episcopus coram Legato Sedis Apostolicæ, accusavit quibusdam criminibus, renunciavit Episcopus, qui postmodum ad Sedem Apostolicam accessit, suum Archiepiscopum reportavit, in quibusdam Litteris nomine ejusdem Sedis datus, tenebatur, ut ipsum restitueret in Ecclesiâ altero substituto inde remoto, quod & fecit Archiepiscopus. Sed rex illius loci (Carduale) accedens illas Litteras à Sede Apostolica emanasse cepit, ut Litteræ illæ, & ipse impetravit, ut ad Sedem Apostolicam mitteretur, & præsentaretur. Innocentius III. visis Litteris, quæ suo monacho Archiepiscopo fuerant præsentatæ, relictis, & in eis Litteris, tam in continenti, & in forma styli consueti, *Hofiens. hic V. n. 1.* quàm in dictamine, falsitatem invenit, & quodammodo admiratus sit, quòd Litteras illas à Sede Apostolica emanasse credidit: cum ipse scire deberet, contra eundem, sive styli consuetum Apostolicæ Sedis in suis Litteris talem esse, ut Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, fratres: ceteros autem Principes, vel alios cujusque Ordinis

gnitatis vel conditionis, filios in suis Litteris appellat: & quando Papa uni tantum personæ scribit, nunquam loquitur in plurali, vos vel vester, appellando. At verò in falsis Litteris Archiepiscopo huic præsentatis, ipse dilectus in Christo filius vocabatur, cum in aliis Litteris, quas aliquando eidem Papa transmissit, videre potuerit, ipsum venerabilem fratrem appellatum fuisse. Quare mandata Papa dicto Archiepiscopo, ut Litteras Apostolicas sic studeat intueri, tam in Bulla, filo & charta, quam in stylo, ut veras pro falsis, vel falsas pro veris Litteris nullo modo admittat.

XV. Notandum primò, attendendus est stylus Romanæ Curie, nam Litteræ, quæ emanant contra, vel præter stylum, præsumuntur falsæ, ut colligitur ex cit. c. Quam gravi, Abb. ibid. n. 2. & Barbosa. n. 3. Stylus enim pro lege servatur.

Notandum secundò, quando Papa scribit Episcopis, vel iis Superioribus, appellare solet eos fratres, quasi Papa non sit eis major, scilicet quoad potestatem Ordinis, nam quoad potestatem administrationis, seu jurisdictionis est eis major. c. In Novo. 2. & ibi Gl. v. Pari diff. 2. 1. Alios verò appellat filios, etiam Sacerdotes, quasi sit eis major & Ordine, & administratione, Abb. hic n. 3. Quod si Papa permixtum, sive in genere loquatur de Cardinalibus, appellat eos Venerabiles fratres: si autem sigillatim de singulis loquatur, Cardinales Episcopos appellat fratres, reliquos verò filios, ut patet ex c. Licet. 49. de testib. Item Reges appellat charissimos filios: reliquos verò Principes dilectos filios, quasi se inferiores: Judæos verò, & alios Infideles non appellat filios, Abb. hic n. 4. quando verò Prælati inferiores Papæ scribunt subditis suis Clericis, debent eos appellare fratres, vel socios, arg. a. r. de Excess. Prælati & subditi Prælatos suos patres, Gl. pen. hic & Abb. n. 5.

§. IV.

An Litteræ Papales, ob rasuram modicam, in eis factam, possint argui falsitatis?

XVI. ASSERTIO I. Si rasura, etiam tenuis & modica, v. g. paucarum litterarum in Rescriptis Apostolicis facta sit in loco suspecto, veluti in narratione juris, in propriis nominibus Judicum, in annotatione Datæ, vel Indictionis, juxta c. Inter dilectos. 6. de fide Instrum. c. Cum venerabilis. 7. de Relig. domib. tunc tales Litteræ Papales probantur, & redduntur falsæ, Gl. inc. Licet. 5. v. Tenuem. h. r. Et sic intelligi debet, quod habetur in cit. c. Licet. ubi quinta species falsitatis ponitur, Cum in Litteris Apostolicis aliquid per rasuram tenuem immutatur, scilicet in loco suspecto, ut explicat Gl. & infra magis declarabitur. Porro si per mutationem etiam unius litteræ, vel syllabæ in Litteris Apostolicis, immutetur sensus à Papa intentus, quia ex mutatione facta aliquid in eis affectum, vel negatur, quod ipse non intendebat, vel taceatur aut omittitur, quod ipse proferre intendebat, tunc gravis culpa contrahitur, & consequenter etiam poena in falsarios decreta, quia gravitas hujus peccati, non in litteris aut apicibus, sed in sensu consistit, Suar. diff. 21. de censur. sec. 2. n. 46.

XVII. ASSERTIO 2. Si rasura modica, seu paucarum litterarum in Litteris Papalibus facta sit in loco non suspecto, ea non probat, nec reddit falsas tales Litteras, prout sumitur ex c. Ex conscientia. 9. & ult. h. r. junct. Gl. in casu, nam cum quidam impetrasset Litteras Apostolicas contra suum Adversarium, super quadam Ecclesia: Adversarius ille in judicium vocatus, postulavit sibi fieri copiam rescripti, quo viso, cepit illas Litteras arguere de vitio falsitatis; obligando se sub periculo amittendi causam suam, seu beneficium, ad probandum, quod Litteræ illæ essent falsæ: quas Judex misit ad Papam, ut per eum sciret, an Litteræ illæ verè falsitatem contineant? Papa Innocentius III. Litteras illas diligenter inspiciens, nullum in eis signum, vel suspicionem falsitatis invenit, nisi paucarum litterarum rasuras, quæ nequaquam sapientis animum in dubitationem inducere debuerunt. Unde mandat Papa, ut si constiterit, prædictum Adversarium se obligasse sub periculo suæ causæ, quod Litteras illas falsas esse probare vellet, ipsi super dictâ Ecclesia silentium indicatur, cum quilibet ad renunciam dum juri suo liberam habeat facultatem.

XVIII. Porro ad clariorem hujus c. intelligentiam notandum primò, in proposito tres casus esse distinguendos, ut notat Fagn. in Collect. c. ult. h. r. n. 6. & seqq. Vel enim certum est, rasuram esse factam in Litteris Apostolicis à Cancellario, vel alio ex Officialibus Curie: & tunc non inducitur falsitas, etiam si rasura facta esset in loco suspecto, Abb. hic n. 4. Fagn. n. 6. in fine. Possunt autem Litteræ Bullatæ radi, & corrigi ab Officialibus Curie, quando non concordant cum supplicatione, seu matrice, vel quando minus bene sunt expeditæ, Fagn. hic n. 7. Vel constat rasuram esse factam ab impetrante aut utente Litteris Apostolicis: & tunc radens est falsarius, etiam si rasura sit modica, unius tantum syllabæ aut litteræ, cit. c. Licet, & ibi Gl. v. Tenuem, & tamen si facta sit in loco non suspecto, & sive fuerit nociva, sive non, Abb. hic n. 4. Fagn. n. 8. & alii apud ipsum. Vel denique dubium est, à quo sit facta rasio: & tum rasura paucarum litterarum facta in loco non suspecto, ut in narratione facti, etsi per illam non sit inducta ambiguitas nominis, seu dictionis, non reddit Litteras falsas, cit. c. ult. h. r. in quo licet indefinitè dicatur, rasuram paucarum litterarum non inducere suspicionem falsitatis, tamen communiter intelligitur à Doctoribus, si hujusmodi rasura non sit in loco suspecto, ut patet ex summa ejusdem cap. & ex c. Ex litteris. 3. de fide Instrum. Secus si in loco suspecto, Fagn. hic n. 14. Ratio est, quia quando rasura reperitur in loco suspecto, præsumitur in dubio per impetrantem, seu utentem facta, & ideo talibus Litteris fides non habetur: secus si in loco non suspecto reperitur, tum enim præsumitur facta per Officialem Papæ, Abb. hic n. 4. & Fagn. n. 15. Item rescriptum redditur falsum, si rasura facta sit diversâ, sive alienâ manu ab eo, cui hoc commissum non est, etiam in loco non suspecto, & quantumvis modica sit: secus si eadem manu, sive illius, qui Litteras scripsit, vel cui hoc ministerium commissum fuit, tunc enim non obest rasura, in quocunque loco fuerit facta, Hostiens. hic v. Rasuras. Abb. hic n. 4. & ejus Glossator lit. C. Fagn. n. 19. In dubio autem, si rasura reperitur facta in suspecto loco, præsumitur

sumitur scripta diversa manu, & ideo reddit Litteras falsas: si verò in loco non suspecto, eadem manu facta præsumitur, Abb. hic n. 4. & Fagn. n. 20.

XIX. Prædicta autem procedunt, si Litteræ Apostolicæ redditæ sint apertæ, secus si clausæ, quia tunc non nocet rasura, in quocunque loco sit facta, Gl. in cit. c. Licet. V. Tenuem. h. t. Fagnan. in cit. c. ult. num. 21. eod. nisi character in loco rasuræ esset valde difformis ab alia scriptura: præsertim si esset magna, & notabilis rasura, & in loco suspecto, nec fieret mentio intus de correctione facta, tunc enim præsumeretur falsitas intervenisse, Fagnan. hic num. 22.

Notandum secundò, potest quis se obligare ad pœnam amittendi beneficium suum, arg. c. Cum dilectus. 32. ibi: qui se ad hanc pœnam (si in probatione defecerit) obligavit, & valet ista obligatio in præjudicium se obligantis, quamvis Superior possit illam non acceptare, juxta c. Admonet. 4. & c. Quod in dubiis. 8. de renunc. Abb. hic n. 3.

XX. Sed jam hîc ulteriùs quæritur, an sententia à Judice lata, auctoritate falsarum Litterarum Papalium, sit valida, & executioni mandanda? Resp. de hoc agitur in c. Super eo. 2. h. t. Ubi habetur, quòd quædam sententia lata fuit, auctoritate falsarum Litterarum (nempe à Judice delegato à Papa per falsas Litteras) & ille, pro quo lata fuit sententia, impetravit, ut executio sententiæ fieret per Episcopum Vigorensem, qui cum citasset partes, ut sententiam executioni mandaret, oppositum fuit coram illo, quòd cum illa lata sit auctoritate falsarum Litterarum, non debeat executioni mandari. Episcopus, visis illis Litteris, noluit eas executioni mandare, siquidem falsæ essent. Unde consuluit Papam Lucium III. qui commendat ipsius prudentiam, quòd noluerit sententiam illam latam ex falsis Litteris executioni mandare: c. que præcipit, ut quoties aliqua scripta, seu Litteras sub nomine Papæ emanantes, redarguendas viderit falsitatis, nullam eis fidem adhibeat, & quòd per ipsas mandatum fuerit, non observet, sed eum, qui illas præsentavit, faciat detineri.

XXI. Ubi notandum primò, sententia lata ab eo, qui jurisdictionem accepit per Litteras falsas, sive vi falsi rescripti delegatorii, est ipso jure nulla, ob defectum jurisdictionis, quam falsæ Litteræ tribuere non possunt, c. Ad probandam. 24. de sent. & re judic. l. Sicut proponis. 6. C. Quomodo & quando Iudex & c. Gl. hic V. Falsarum, & Hostiens. Ubi dicunt, quòd sine præfinitione temporis retractanda est sententia falsa, quia ipso jure est nulla, & quòd ob talem sententiam per errorem solum est, repeti potest, l. 1. & 2. C. Si ex fals. instrum. Gl. fin. hic. Secus est, si Iudex aliàs habeat jurisdictionem, & falsitas concernat tantum merita causæ, eò quòd sententia sit lata per falsos testes, vel falsa instrumenta, quia tunc saltem regulariter, & ordinariè, sententia tenet, sed rescindenda est per restitutionem in integrum, juxta l. Divus. 33. ff. de re judic. Hostiens. hic in princ. & Fagn. n. 2.

Notandum secundò, merus executor potest admittere exceptionem, si objiciatur, sententiam esse nullam, eò quòd lata sit per falsas Litteras, & differre

executionem, donec referatur Superiori. Executioni & Abb. n. 2.

Notandum tertio, suspectus de falsitate capi, & detineri, donec de veritate constet, hic num. 3.

§. V.

De pœnis Iure statutis in falsas Litteras aut Bullas Apostolicas.

XXII. Quæritur primò, quas pœnas rant falsantes Litteras, seu Bullas Papales, aut dem utuntur? Resp. de his agitur in c. Admirationem. 7. h. t. Ubi ad falsariorum confusione litiæ, statuit Papa Innocentius III. de Confractionum suorum (nempe Cardinalium) mæteris Apostolicis uti voluerint, eas diligenter minent, quia si falsis Litteris se utos esse ignorant, pœnas evitare non poterunt impositas. Nam ipse Papa excommunicationis posuit omnes falsarios Litterarum Apostolicarum, qui per se, vel per alios, vitium falsitatis, cum omnibus, fautoribus, & defensoribus suis: statuens, ut Clerici, qui falsarii fuerint, hensi, omnibus officiis, & beneficiis perpetuè privati, ita videlicet, ut qui per se vitium exercuerint, postquam per Ecclesiasticam cem fuerint degradati, seculari potestati tradantur, secundum Constitutiones legitimas, & viles puniendi: per quam, & laici si fuerint falsitate convicti, legitimè puniantur.

Illi verò, qui sub nomine Papæ, Litteras ab alio impetratis utuntur, si Clerici fuerint, & beneficiis Ecclesiasticis spoliati fuerint, tamdiu maneat excommunicati, donec competenter satisfaciant: ita nimirum, si Clericis, & in laicis malicia gravius puniatur, negligentia. Idemque observandum est in falsas litteras impetrant.

XXIII. Pro explicatione hujus caput dum primò, volentes uti Litteris Apostolicis prius eas diligenter examinare, utrum sint aut tunc utantur illis, si voluerint: aut falsæ, & modo utantur: aut suspectæ, & tunc examinare non utantur, c. Inter dilectos. 11. §. Formam. s. b. Præ. nisi postea certificentur, quòd non Hostiens. hic V. Examinent. quòd si hanc diligenter non adhibuerint, in dolo esse videntur, & ipsum non committitur, l. Nec exemplum. 2. Vel saltem affectare ignorantiam creditur potest. ult. §. Si quis verò de clandest. de post. Unde ignorantia crassa, & supina dici potest, quæ non c. pen. de Clerico excommunic. Gl. hic V. Examinent. Host. quamvis enim in delictis præsumatur ignorantia, & dolo probati debeat, l. Quoties. 11. ff. de probat. tamen id non procedit, quia cedere debet diligens inquisitio, ut in hoc calumnie hujus Constitutionis, tum enim non ex ignorantia, quia fuit in culpa, non propter errorem. Gl. hic V. Dixerint, & Innocentius.

XXIV. Notandum secundò, pœnas Decretalis solum incurunt Clerici falsantes

Papæ, non item falsantes litteras Imperatoris, vel alterius Principis, quia hoc cap. non loquitur, nisi de falsantibus Litteras Papæ, & in pœnis benignior pars est eligenda, *Reg. juris* 49. in 6. Et ratio est, tum quia delictum Clerici falsantis Litteras Papæ gravius est, quàm falsantis Litteras Principis secularis, ratione eminentioris dignitatis Pontificiæ, *Arg. c. Solita* 6. de majorit. & obed. §. Atrox *Instit. de injuriis*. Tum quia Clericus non est subditus Imperatori, sed Papæ: longè autem gravius est crimen commissum in personam Principis, cui delinquens est subiectus, quàm in extraneum, cui non est subditus, l. *Omnis* 6. §. 1. ff. de re militari. *Farinac. in praxi crim. p. 6. q. 151. n. 22.* ubi ait, quòd Clericus falsificans Litteras Imperatoris non sit tradendus Curie seculari. Quamvis *Gl. hic V. Legitimas*, videatur velle, quòd pœnæ hujus cap. etiam locum habeant in falsantibus Litteras Principis secularis, sed prius est probabilius. Multò minùs incidunt in pœnas hujus Decretalis falsarii Litterarum Episcopi, vel etiam Nunciij Sedis Apostolicæ: nec ob eandem rationem, falsarii Litterarum S. Pœnitentiariæ, quia non sunt litteræ Papæ, sed ejus Commissarij constituti vivæ vocis oraculo, *Navarr. in man. c. 27. n. 62. Diaz in praxi crim. Can. §. Falsarij, c. 120. in addit. §. Et nota in fine*; quamvis contrarium quoad falsantes Litteras S. Pœnitentiariæ, teneant plures DD. apud *Farinac. cit. q. 151. n. 24.*

XXV. Notandum tertio, quamvis ad incurrendas pœnas hujus Decretalis non videatur sufficere actus falsitatis, sed quòd requiratur iteratio actuum, prout aliqui DD. colligunt ex *cit. c. Ad falsarium*, ibi: *Vitium falsitatis exercentes*, h. t. oppositum tamen est verius, quòd etiam is, qui unicatantum vice, falsat litteras Papæ, omnes pœnas in hoc c. decretas incurrat, quia verbum *exercentes* etiam in dispositione pœnali in unico actu verificatur, ut patet ex §. Item *Lex Julia de adulteriis Instit. de publ. judic. Farinac. cit. q. 151. n. 31.* ubi ait, id ita practici, *Fagn. hic n. 28.*

Notandum quarto, pœna generalis omnium, qui litteras Apostolicas falsant, sive per se, sive per alios, est, quòd unâ cum fautoribus, ac defensoribus suis, sunt ipso jure, seu facto excommunicati, ut patet ex *cit. c. 7. ibi: Anathematis vinculo decernimus innodatos*, h. t. qui est Canon latæ sententiæ, *Gl. ibi V. In notatis*, & *Hostiens. V. Eod.* Et cum in textu dicatur generaliter, omnes falsarios Litterarum Papalium, sequitur hanc pœnam excommunicationis infligi indifferenter omnibus, sive Clerici sint, sive Laici, cujus absolutio est Sedi Apostolicæ reservata, *Arg. c. Dura* 4. §. Adjicientes, h. t. *Farinac. ibid. n. 29. & 30.* & alij apud ipsum.

Notandum quinto, specialis autem pœna Clericorum falsantium Litteras Papæ, est, quòd sint officij, & beneficij Ecclesiasticis, ipso jure perpetuò privati, *cit. c. Ad falsarium*, ita ut ea statim impetrari possint, & alijs conferri, tanquam vacantia, *Rebuff. in praxi benefic. tit. de modis amitt. benef. n. 48. Garc. p. 11. de benef. c. 10. n. 170.* quamvis Laici falsantes Litteras Papæ hanc pœnam privationis beneficiorum, ac dignitatum non incurrant, quia cum hæc pœna solum sit expressa de Clericis, ad Laicos extendi non debet, *Fagn. in cit. c. n. 38. & 39.*

XXVI. Notandum sexto, alia pœna specialis, quæ in *cit. c.* infligitur Clericis falsantibus Litteras Papæ, est, quòd convicti de hoc crimine, post degradationem eorum, per Judicem Ecclesiasticum factam, tradendi sunt Curie seculari, secundum Constitutiones legales puniendi, sicut Laici: quæ pœna in falsario Rescripti Principis est supplicium capitale, seu pœna mortis, propter magnitudinem criminis, l. *Ubi falsi* 22. *C. ad Leg. Corneli de falsi.* Idque speciale est in hac specie falsitatis, cum aliàs regulariter crimen falsi pœnâ mortis non plectatur, *Gl. in cit. c. 7. V. Legitimas, h. t. Hostiens. hic V. eod. & Abb. n. 8. Farinac. cit. q. 151. n. 4.* ubi ait, ita passim servari, Et hic est unus ex tribus casibus, in quibus de jure communi Clericus degradatur, & traditur Curie seculari, etiam non expectatâ ejus incorrigibilitate, videlicet crimen falsi commissi in Litteris Apostolicis, juxta *cit. c. Ad falsarium*. Hæresis, c. *Ad abolendam* 9. de heretic. & conspirationis in proprium Episcopum, c. *Si quis* 18. *caus. 11. q. 1. Clarus §. fin. q. 36. n. 36.*

Verum hanc pœnam degradationis, & traditionis Curie secularis non incurrit Clericus, qui falsat Litteras Apostolicas, non per se ipsum, sed per alium, quia in *cit. c. 7.* expressè restringitur ad eos, qui per se falsitatis vitium exercent: neque enim pœnæ sunt extendendæ de casu ad casum non expressum, sed potiùs restringendæ; hic autem casus non reperitur in jure expressus, sed potiùs exclusus per *cit. c. 7.* in quo pœna excommunicationis imponitur omnibus falsarijs, qui per se, vel per alios vitium falsitatis exercent: sicut etiam pœna perpetuæ privationis ab omnibus officijs, & beneficijs Ecclesiasticis; at verò tertia pœna degradationis, & traditionis Curie secularis, solum imponitur ijs, qui per se vitium falsitatis exercent: *Fagn. in cit. c. 7. n. 42. & 43.* quamvis *Hostiens. ibid. V. Per se*, dicat supplendum esse, vel per alios. Sed prius magis congruit Litteræ textus.

XXVII. Notandum septimò, pœna eorum, qui falsis Litteris Apostolicis scienter utuntur, sed illas non falsarunt, est, ut si Clerici sint, officijs, & beneficijs Ecclesiasticis spoliuntur, id est, priventur per sententiam Judicis, *cit. c. Ad falsarium*, §. *Qui verò*, h. t. & ibi *Innocentius V. Spoliuntur*, *Hostiens. V. eod. & Io. Andr. n. 4.* Si autem sint Laici, ipso facto sunt excommunicati, donec competenter satisfaciant, *cit. §. Qui verò*, *Innoc. ibid. in fine*, & *Abb. n. 6.* Idque procedit, etiam si ab earum litterarum falsarum usu desistant infra XX. dies, quia textus in *c. Dura* 4. §. *fin. h. t.* non loquitur de ijs, qui falsis litteris utuntur, sed qui penes se habent falsas litteras, & illas non lacerant, vel restituunt infra XX. dies: & tales nullam excommunicationem incurrunt, nisi latam à Judice, prout ibi dicitur. At Laici, qui scienter utuntur litteris falsis, sunt ipso facto excommunicati, *cit. §. Qui verò*, *Abb. ibid. n. 9. & Fagn. n. 49. & 50.*

Et hinc colligitur, tres esse differentias inter falsantes Litteras Apostolicas, & falsis litteris utentes scienter. Prima est, quia falsantes Litteras sunt ipso facto excommunicati, sive sint Clerici, sive Laici, ut dictum supra *nor. 4.* utentes verò falsis litteris, si sint Laici, sunt excommunicati, ipso facto, & in hoc omnes conveniunt. Si verò sint Clerici, non sunt excommunicati, quia in *cit. §. Qui verò*, expressè distinguitur inter Clericos, & Laicos, & dicitur, quòd

uratur illis verbis, *per se, vel per alios*, sed simpliciter loquatur de falsariis: tamen intelligi debet de falsariis, tam *per se*, quam *per alios*, ut licet recipiat interpretationem passivam à Jure Communi in cit. Decretali, quia Regula Juris 72. in 6. *Qui facit per alium, est perinde ac si faciat per se ipsum*, procedit etiam in delictis, ut patet ex c. *Ad mulieres* 6. §. *fin. de sent. excomm.* ubi deciditur, mandantem percuti Clericum, in excommunicationem incidere, quia is committit verè, cujus auctoritate, vel mandato delictum committi probatur, & ibi *Gl. fin.* accedit, quod Bulla Cœnæ non utatur illis verbis *per se*, sicut loquitur cit. c. *Ad falsarium*, quando imponit pœnam degradationis, & traditionis Curia seculari, sed loquitur simpliciter de falsariis.

XXXIII. Tertiò, Bulla Cœnæ expressè punit etiam falsantes Supplicationes à Papa signatas, sed cit. c. *Ad falsarium*, tantum prohibet, & punit falsantes Litteras Apostolicas, quarum appellatione in materia odiosa, & pœnali non comprehenduntur Supplicationes à Papa signatæ: alioquin per Bullam Cœnæ dictum cap. puniens falsantes Litteras Apostolicas, superflue extenderetur ad falsantes signaturas Papæ, *Navarr. c. l. n. 61. declar. 1.* Verùm falsare signaturam Supplicationis Papalis, scribendo verbum *fiat*, vel aliud arquipollens, esse propriè falsare Litteras Apostolicas, & eas falsantes puniendos esse tanquam falsarios, fusè ostendit *Fagn. in c. Licet* 5. n. 21. & seqq. quia si Litteræ, per quas fit expeditio, discrepent à Supplicatione, statim huic, tanquam matri-ci, & non Litteris, & hæc corrigi debent, secundum Supplicationem originalem.

§. VI.

An in dubio præsumendum sit, falsitatem esse commissam in Litteris impetratis à Sede Apostolica?

XXXIV. Ad hanc quæstionem respondetur, si quis impetravit Litteras Apostolicas habentes formam de simplici iustitia, & in illis falsitas deprehendatur, non debet præsumi, quod illas falsaverit, nec ideo puniri, si cognita falsitate, ipsi uti destiterit, prout statuitur in c. *Accedens* 8. h. t. *juncta Gl. in casu.*

¶ Nam quidam impetravit Litteras à Papa contra adversarium suum de simplici iustitia, in quibus falsitas deprehensa fuit, quâ cognita, impetrator eis uti amplius noluit. Sed Episcopus Diocesanus ipsum propter hoc ab officio, & beneficio suspendit. Unde ipse rem detulit ad Papam Innocentium III. qui mandavit Episcopo, ut si Litteræ Apostolicæ, in quibus falsitas deprehensa fuit, formam habeant de simplici iustitia, officium, & beneficium ei restituat, & ipsum super hoc ulterius non molestat: cum non sit præsumendum, quod pro talibus Litteris, quæ faciliè obtineri possunt, crimen quis commiserit falsitatis; nec ille usus fuerit Litteris illis, postquam cognovit eas falsas esse.

XXXV. Pro explicatione hujus cap. notandum primò, Rescripta, sive Litteræ in forma simpli-

Tomus V.

cis iustitiæ dicuntur illæ, in quibus petitur, ut iustitia sibi administretur, v. g. ut Judex delegetur ad cognoscendam causam, seu litem inter partes, & Judex datus, secundum iustitiam, causam definiat, *Bar bos. in Collect. h. n. 2.* alia sunt Rescripta gratiæ, quæ impetrantur, & conceduntur ad obtinendam aliquam gratiam, seu beneficium, ut alibi est dictum.

Notandum secundò, in dubio non præsumitur quis falsum commississe, nisi convincatur, quod scienter id fecerit, præsertim in his, quæ de jure alicui competunt, & faciliè obtineri possunt, non est præsumendum falsum committi, *Gl. hic in notatis.* Unde non debent præsumi falsæ Litteræ iustitiæ, sive ad lites, quæ faciliè possunt obtineri: sicut neque præsumitur, quod in re modica dolosè agatur, *Arg. l. Si oleum* 9. in fine, & l. *seq. ff. de dolo*, & qui dicit, quod quis falsum ex certa causa suggestit, dolum allegat, qui ex perspicuis indiciis probari debet, l. *Dolum* 6. C. de dolo, *Gl. hic V. Præsumi non debet. Hostiens. V. eod. Abb. n. 2.*

Notandum tertiò, hæc procedunt in Litteris iustitiæ, in quibus non præsumitur falsum esse commissum, scienter, sive dolosè, sed ex ignorantia, nisi contrarium probetur: ideoque impetrans ob ignorantiam excusatur, si statim desistat uti Litteris impetratis, postquam scivit eas esse falsas, *Gl. fin. hic.* At verò in Litteris gratiæ impetratis à Papa, si repertiatur falsum, attendenda est qualitas personæ impetrantis, & quantitas gratiæ, an magna sit, nec nè: & secundum has circumstantias, præsumendum est plus, vel minus contra ipsum impetrantem, ad hoc ut puniri possit tanquam falsarius, *Hostiens. in cit. c. Accedens*, §. *Si verò, h. t. Glossator Abbas. Alexander de Nevo ibid. lit. E.* atque hæc dicta sunt de falsantibus Litteras Apostolicas.

§. VII.

De falsitatibus, quæ committuntur in aliis Instrumentis, seu Litteris, & de pœnis falsantibus sigillum Principis.

XXXVI. Quæritur primò, quibus modis committatur crimen falsi circa Instrumenta, seu Litteras, sive publicas, sive privatas? Resp. In primis Notarius conficiens falsum instrumentum, crimen falsi committit, & ut falsarius puniendus est. Item produçens falsum instrumentum, sciens illud esse falsum; vel etiam utens scienter falso instrumento, l. *Majorum* 4. C. *Ad Leg. Cornel. de falsis.* quamvis mitius puniatur, quam condens, *Jul. Clar. §. Falsum, n. 16. 17. & 18.*

Præterea si Notarius in Instrumento aliquid apponat, quod verum non est, v. g. quod numeratio pecuniæ in mutuo intervenierit, cum tamen pecunia non fuerit revera numerata, crimen falsi committit, & in pœnam ejus incidit, *Clarus c. l. n. 19.* vel si omittat solemnitates requisitas in instrumento, vel si conficiat instrumentum super re illicita, extra casus jure permisos, *Clarus c. l. n. 21. & 22.*

Secundò qui Testamentum, Codicillum, aliudve Instrumentum, vel Litteras publicas, aut privatas ad alium spectantes, immutavit, laceravit, vel com-

R 1

bullit,

bussie, vel delevit, vel dolose celavit, aut suppressit, ne earum veritas apparere possit, seu innotescere, crimen falsi committit, & tanquam falsarius puniendus est, l. 1. §. Qui in rationibus, & l. 2. ff. de Lege Cornel. de falsis, & l. Licet 3. C. eod. Navarr. in man. c. 17. n. 168. Silvest. V. Falsarius, q. 3. n. 4. Item qui se, aut eum, qui sub ipsius potestate est, v. g. pater suum filium, scribit heredem, aut legatarium in alterius testamento, incidit in crimen, & poenam falsi, irritumque est, & nullum, quod ita in suum commodum scripsit, l. 1. §. Ad testamenta, l. Filius 14. in princ. & l. D. Claudius 15. in princ. ff. de Lege Cornel. de fals. l. 1. & 2. C. de his, qui sibi ascribunt &c. Molin. tr. 2. de just. dif. 700. n. 5. Clarus §. Falsum, n. 27.

Tertio incidit in crimen, & poenam falsi, qui alienum chirographum imitatus fuit, l. Quid sit 23. ff. de Lege Cornel. de fals. qui Rationes, tabulas, vel Instrumentum aliquod rasurā falsavit, aut signum amovit, l. 1. §. In rationibus, ff. eod. qui signum adulterinum, seu falsum fecit, vel sculpsit, sigillando eodem litteras, l. Lege Cornelia 30. ff. eodem. & ibi Gl. V. Signum. Item falsarius est, qui publica Edicta dolo malo corrumpit, l. pen. ff. eod. Laym. l. 3. Theol. mor. tr. 3. p. 1. c. 4. n. 2. Alij plures modi falsandi Litteras, & Instrumenta habentur in tit. ff. ad Leg. Cornel. de fals. & C. eod.

XXXVII. Quarto, qui litteras alterius clausas aperit, crimen falsi committit, si dolose, cum alterius injuria, ac damno, illas aperuit, ac legit, Gl. in c. Cum olim 33. V. Signa de offic. Jud. deleg. Laym. c. l. Farinac. in praxi crim. p. 6. q. 150. n. 114. Verum talis ordinariā poenā falsi non est plectendus, sed mitius, seu poenā extraordinariā, & arbitrariā, pro qualitate facti, cum non sit propriē falsarius, crimen enim falsi continet perversionem veritatis, quam non pervertit, qui litteras aperuit, ut legat, Abbas in cit. c. Cum olim, n. 4. Silvest. V. Falsarius, q. 1. Farinac. c. l. n. 127. & hoc speciale est in eo, qui aperit Testamentum clausum, ut incidat in poenam falsi, l. 2. ff. h. t.

Excipi debet, nisi quis Litteras, seu Instrumentum, quod alicui commune est cum altero, aperiat, ut adversario ostendat, tunc enim si effectus sequatur, falsi crimen censetur commississe, & tanquam falsarius puniendus est, Arg. l. 1. §. Is qui deposita, ff. eod. ubi dicitur: Is, qui deposita apud se Instrumenta ostendit adversarij deponentis, accusari falsi potest, quia talis pervertit jus, sive justitiam, cum dolo, aut alterius injuria, seu damno injusto, Abb. c. l. & Silvest.

Deinde requiritur, ut litteræ alienæ clausæ dolose aperiantur: si enim ex consensu expresso, vel tacito, seu rationabiliter præsumpto ejus, à quo mittuntur, vel cui mittuntur, aperiantur: vel ex justa causa, aut legitima auctoritate, etiam invito eo, à quo, vel ad quem mittuntur, aperiri licet possunt, Molin. tr. 4. de justit. dif. 36. n. 2. sic tempore belli Litteræ hostium licet aperiantur, & quoties pro bono communi id expedire judicatur. Sic Prælati, aut Paterfam. aperire possunt Litteras subditorum, vel domesticorum, si suspicentur aliquid mali patrandi in Litteris contineri: vel si statutum, aut consuetudo Religionis potestatem aperienti Litteras Prælato Regularium tribuat, Molin. c. l. n. 4. Laym. cit. c. 4. n. 2. quin imò quilibet privatus potest Litteras alienas

licet aperire, & legere, quibus probabile in iustis sibi parari damnum aliquod, aut sibi posse evenire, ut illud fugiat, Molin. c. l. n. 6.

XXXVIII. Quartum secundum poenam falsantis Sigillum Principis? Resp. De hoc in c. Ad audientiam 3. h. t. ubi habetur, quod Clerici falsaverant Sigillum Regium, quos Episcopus quidam coniecit in carcerem, quæsit ex Urbano III. qualiter sint poenæ Respondet Papa, ut eis nec membrum nec poenam corporalem infligi faciat, per quod culum mortis possint incurrere: sed eis à gradibus degradatis, in signum maleficii characterem imprimi faciat, per quod ab incernantur, & Provinciam, seu Diocesim rare compellat, atque abire permittat.

XXXIX. Circa hanc Constitutionem tandū primò, tres poenæ infligendæ sunt Clerici Sigillum Regis, vel alterius Principis gravitati delicti una poena non sufficit, sed est, Utian. in Ration. Jur. Pontif. hic. Poenæ degradatur, id est, deponatur verbaliter, degradatio hic accipitur pro actuali degradatio degradatis tradi debet Curie seculari, nā mortis, c. 2. de poenis in 6. sed hic degradatio manet sub potestate Ecclesiæ, ut patet ex immutabilitate poenarum, Abb. hic n. 2. Secundum, ut imprimator ei character, seu signum imponatur, quod possint isti Clerici ab alijs discerni, ut tercantur: quæ tamen poena regulariter imponenda à Judice Ecclesiastico, qui est poenæ sed est specialis poena imposita in odium criminis, & caveri debet, ne ita profunde immutale signum, ut sequatur copiosa sanguis, Gl. hic V. Characterem, & Hostiens. c. Ad hoc, & alijs Jure Civili cautum sit, ne facies hominis similitudinem celestis pulchritudinis formetur, l. Si quis 17. C. de poenis. Tercia poenæ litem, ex quo patet, quod Ecclesiasticus Judex episcopus possit imponere poenam exilij, & exilium Clericum ad abjurandam Diocesim amplius illam intret, sed ab illa exulet, Abb. hic.

Notandum secundò, Judex Ecclesiasticus debet imponere poenam corporalem, vel detractionem, vel periculum mortis, vel detractionem, c. In Archiepiscopatu 4. de raptorib. & colligat hoc c. Hostiens. hic V. Mortis, & Abb. n. 4. ex tali impressione characteris non sequatur litem aliquod, posset etiam infligi à Judice seculari propter alia crimina, cum solim illa poenalis prohibita sit, ex qua periculum mortis mutilationis sequi potest, cit. c. In Archiepiscopatu Glossator Abbas Alexander de Nervo tractat.

§. VIII.

De falsatione monete, & alijs modis quibus crimen falsi in alijs rebus committitur.

XL. Queritur primò, quomodo sit falsatio modis falsetur moneta? Resp. In primis falsatur

netam eundem dicitur, qui privatâ suâ auctoritate, sine concessione Imperatoris, seu supremi Principis, monetam cudit, etsi aliâs probam ac justiponderis, appresso signo, seu figurâ Principis, qui illam eundi non fecit: nam jus cudendi monetam ad solum Imperatorem, vel alium Principem, aut Rempublicam Superiorem non recognoscunt, tanquam Jus regale, sibi quæ proprium spectat, ut constat ex c. 1. *quæ sunt Regalia* libr. 2. feudor. tit. 56, nisi quis ex privilegio Imperatoris hoc jus obtinuerit, vel per prescriptionem temporis immemorialis, ut habetur in *Extravag. unic. Joannis XXII. h. t. & ibi Gl. V. Consuetudinem*, & *V. Privilegium*, & ex communi docet Covarr. de collat. rer. numism. c. ult. num. 1. Molin. *Tract. 2. dis. 702. num. 1. Silv. V. Falsarius*. q. 6. & 7. ac proinde nummi falsi censentur, qui privatâ auctoritate sunt cusi, quia id apertè cedit in Supremi Principis, & Reipublicæ detrimentum, ideò quæ tamquam falsarius puniendus est pœnâ falsi ordinariâ. Ratio est, quia ad justam monetam non sufficit materiæ bonitas, sed requiritur etiam publica forma, seu signum publicum, ut habetur in l. 1. ibi: *formâ publicâ percussa*. ff. de contrah. empt. deest autem in tali moneta publica forma, cum privatâ auctoritate sit cula: privatus autem publicâ formâ, sine pœnâ falsi, uti non potest, nomine suo, arg. l. Falsi, 13. in princ. & l. Qui nomine, 25. ff. Ad leg. Corn. de fals. Gl. in cir. *Extravag. unic. V. Auctoritatem Joannis XXII.* Ubi ait, quæ juris publici sunt, privato, sine consensu Principis, non competunt. Nec refert, quod figuram aut inscriptionem publicam habeat, quia non semper fides habetur figuræ aut inscriptioni exteriori monete, ut tradit Gl. in c. *Quantum* 18. *V. Patris de jure jur. Zaf. hic in Comment. in Decretal. n. 4.*

Præterea falsatur multo magis moneta, si adulterini, sive falsi nummi cudantur, ut stannei aut cuprei, vel si iis deterius ac minoris valoris metallum admisceatur, ut aureis argentum, argenteis stannum aut æs: vel si nummi falsi tingantur, ut si argentei, vel etiam stannei in aureum: vel monetam tondendo, seu radendo ac diminuendo, ut non sit iusti ponderis: vel denique si falsa aut vitiosa moneta scienter expendatur, *Clarus §. Falsum, num. 27. Farinac. p. 4. q. 115. num. 2. & alii quot seqq.*

XL. Quæritur secundò, quæ pœnæ Jure statutz sint in falsarios monetæ? Respondetur, in primis eudens falsam monetam igne comburendus est (prius tamen strangulatus) & omnes ejus facultates sisco addicuntur, l. 2. c. *De falsa moneta*: quod et si Gl. ibi *V. Nummos*. de aureis nummis solum intelligat, tamen lex illa in genere loquitur de nummis falsis, *Molin. Tract. 2. dis. 702. num. 1. & alii communiter*. Eandem pœnam incurrunt etiam socii eudentium falsam monetam, eisque auxilium, consilium aut favorem scienter dantes, aut concedentes eis domum, vel prædium, in quo illam cudant, l. 1. junct. l. 2. c. eodem *Molin. c. l. num. 2.* Secundò qui tondet aut radit monetam, vel tingit, aut scilicet, ut aurea appareat, si homo liber sit, bestiis subicitur: si verò sit mancipium, ultimo supplicio afficitur, l. *Quicumque*. 8. ff. *Ad leg. Corn. de fals.* quod si quis falsam monetam eundem ag-

gressus, sed pœnitentiâ ductus destitit, antequam eam formaverit, sive perfecit, absolvitur, hoc est: deprehensus non punitur, l. *Qui falsum*. 19. ff. *ead.* *Molin. c. l. num. 6.* Tertiò qui propriâ auctoritate cudit monetam, etsi iusti ponderis ac materiæ, eadem pœnâ plectendus est, quâ adulterinam monetam eudens, Gl. in l. 2. *V. Obnoxii. C. De falsa moneta. Covarr. cir. c. ult. num. 3. §. Is verò, Farinac. cir. q. 115. num. 20.* Quartò qui monetam falsam sciens expendit, si illa plumbea sit aut stannea, incidit in pœnam ordinariam legis Corneliæ de falsis, quæ habetur in l. 1. §. fin. ff. *ead.* si autem sit alterius metalli, ærea, argentea, vel aurea, & non appareat, quod sint nummi plumbei, vel stannei, pœna extraordinaria arbitrio Judicis imponenda est, arg. l. *Lege*. 9. §. 2. à contratio sensu ff. *Ad leg. Corn. de falsis. Covarr. c. l. num. 4. Molin. cir. dis. 702. n. 9. Clarus cir. §. Falsum. n. 38. Farinac. cir. q. 115. n. 132. & n. 134.*

XLII. Cæterum Jure Canonico in *Extravag. Prodiens unic. Joannis XXII. h. t.* statutum est, ut "qui nullam habentes auctoritatem juris, vel consuetudinem, vel privilegium fabricandi monetam, in Regno Franciæ, & aliis locis circumvicinis, scienter monetas falsificant in ære, sive materia, vel signum proprium suæ monetæ, quam fabricant, quia illis de jure: vel consuetudine, vel privilegio jus competit, fabricandi monetam, insculpunt, & imponunt monetæ regiæ, vel qui in iusto pondere monetas depravant, vel scienter falsas monetas, extra prædictum regnum, emunt, easque postea in dictum regnum important, vendunt & expendunt, hi omnes sententiam excommunicationis (scilicet majoris) ipso facto incurrant, à qua absolvi non possint, præterquam in mortis articulo. Ubi Gl. *V. Ad regnum prædictum* notat, quod cum Constitutio ista solum loquatur de Regno Franciæ, ejus pœna in falsarios monetarum hic Decreta ad contrafacientes in aliis regnis non est extendenda.

XLIII. Præterea in *Extravag. spondent unic. h. t. inter communes*, statuit Papa Joannes XXII. Ut Alchimistæ, qui divitias, quas non exhibent, spondent, & verbis dissimulant falsificationem, quam faciunt, confingentes aurum, vel argentum, sophistica transmutatione, si hujusmodi aurum, vel argentum fecerint: vel qui fieri, secus facto manserint, daverint, vel qui ad hoc scienter, dum id fieret, facientibus ministraverint: aut auro, vel argento ab eis sic confecto scienter usi fuerint, vendendo, vel dando in solidum, cogantur tantundem veri auri, vel argenti, quantum fuerit alchymicum, in publicum pauperibus erogare: sique perpetuâ infamiâ notati, qui tale aurum chymicum fecerint, aut eo scienter usi fuerint, quivè ex eo cuderint, fecerintque cudi pecuniam. Et si non habeant, unde prædictas pœnas, propter inopiam, solvere possint, debent carcere, vel alia corporali pœnâ, juxta arbitrium Judicis, castigari. Et si sint Clerici, ultra prædictas pœnas, priventur beneficiis habitis, & ad habenda prorsus reddantur inhabiles. Ratio autem hujus prohibitionis, & pœnalis Constitutionis est, quia ut docet *S. Thom. 2. 2. q. 77. art. 2. ad 1. Si*

aurum, vel argentum ab Alchimis factum veram speciem non habeat auri, & argenti, est fraudulenta, & injusta venditio: præsertim cum sint aliqua utilitates auri, & argenti veri, secundum naturalem operationem ipsorum, quæ non conveniunt auro per Alchimiam sophisticato, sicut quod habet proprietatem laticificandi, & contra quasdam infirmitates medicinaliter juvat.

Potro five per artem alchimicam verè possint
viliora metalla transmutari in aurum, & argentum,
sive non, rectè tamen illa prohibita fuit in *cit. Extravag. unic.* & quidem sub gravibus penis, quia
huiusmodi transmutatio adeo difficilis est, ut mo-
raliter impossibilis censeri debeat, & insuper perni-
ciosa Reipubl. cùm civium facultates exhauriat,
ut sapius docuit experientia, *Sanch. l. 2. Moral. c.*
40. num. § I.

XLIV. Denique præter prædictas penas, is, qui falsam monetam cudit, etiam iusti ponderis ac materię, non tantum graviter peccat, quia in re gravi juri Principis præjudicat; sed etiam restituere tenetur emolumentum, quo illum injuste privavit; quin & illis, quibus damnum inde provenit, ut quia pecunia illa interdicta fuit &c., rescarcire illud tenetur in foro conscientię, & externo. Similiter falsam monetam cūdus, detrahendo de justo pondere, vel puritate metalli, vel illam tondens, radens aut tingens, compensare debet omne damnum, quod finguli passi sunt, si constare possit de illis in particulari, alioquin pauperibus id totum restituendum erit. *Molin. cit. dis. 702. num. 10. & 11. Silvest. V. Falsarius, q. 6. num. 7. Qui* verò falsam monetam, scienter & malā fide, expendit, tenetur ad restitutionem ei, qui ultimus damnum sensit, nec excusatur, quod illam ab alio accepit, quia error ipsius non debet alteri nocere. Si verò ignoranter aut bonā fide expendit, non tenetur restituere, saltem durante ignorantia, postea verò damnificatio satisfacere tenetur. *Navarr. in man. c. 17. n. 167. Molin. c. l. n. 12. apud quos plura de his legi possunt.*

XL V. Quæritur tertio, quibus modis com-

mittitur crimen falsi in aliis rebus? *Idem* est
tur præterea crimen falsi inprimis ad in-
dendo aut emendo, vel permutando, &
ribus aut mensuris scienter utuntur, &
gationem restituendi, multatur passim
damni, quod ita dederint, & insuper
Insulam aliquam, l. pen. ff. *Ad leg. Corn. de
nomam*. 6. *S. fin. ff. de extrard. criminis*, &
701. n. 10. Jure verò Canonico, qui
dulenter justas mensuras, & pondera, &
est pœnitentia XXX. dierum in pace, &
de empt. Secundo falsi crimen committitur
cibus adulterina aut minus utilem man-
miscent, *Mol. cit. dif. 701. n. 6. & 7. segg.*
duobus rem eandem in solidum vendit, &
coërcetur, l. *Qui duobus*. 21. ff. *Ad leg. Corn.*
Quarto qui patrum alienum alicui suppo-
do aliquem esse filium alicujus, cum non
men, & pœnam ordinariam falsi incidit, l. 1.
§. de partu. ff. eod. *Molin. cit. dif. 701. nom.*
nat. in praxi crim. p. 6. q. 150. num. 239.
testitur omnia damna inde secuta legiti-
quin hæredibus, vel quibuscunque alii, &
ro conscientia, ante omnem judicis
Molin. c. l. n. §. Quinto qui mutat sibi nomi-
nomem, pœnâ falsi coërcetur, l. *Falsi*. 19.
ff. eod. quod procedit, si mutatio nominis
fraude, & in præjudicium alterius, aliis
C. De mutat. nom. Farin. cit. q. 150.
¶ 144. Sexto qui illicitis, id est, alienis
usus est, quæ ad ipsum non pertinent, vel
liam alterius, l. *Eos*. 27. §. ult. ff. *Ad leg. Corn.*
Farin. cit. q. n. 80. Septimo qui se fingit Sa-
vel Diaconum, cum non sit, vel Nobilē,
torem, cum non sit, modò etiam aliqui
Doctorem spectantes exercent, puniuntur
Farin. c. l. n. §. 85. & 87. vel qui pro mo-
rit, cit. l. *Eos*. §. fin. Octavo qui falsis legi-
Constitutionibus utitur, quæ nullum legiti-
torem habent, ut falsarius sequitur, l. ult. ff.
Farin. cit. q. 150. n. 79. & segg. apud quos
crimine falsi legi possunt.

TITVLVS XXI
DE SORTILEGIIS.

Quia sortilegia continent in se falsitatem, & affinitatem aliquam habent cum crimine falsi, ideo hic Titulus priori hoc loco subijcitur.

§. 1.

An, & quibus casibus sint licita sortilegia, vel illicita?

I.

DRemittendum, sortilegia seu sortes proprie sunt ac dicuntur, cum aliquid, eo fine, fit, ut ejus eventum considerato, aliquid fiat, vel occultum innotescat, ut docet *S. Thom. 2, 2. q. 95. art. 8. in*